**¶** Reuerendus d. pater fatus instructus descendit in arenam. materiam sua  
h̄bis bono ordine contextam in libello im̄p̄fso. et p̄ eum composto. quare illa  
frustificationes vñf. magnificēt et dominatōes. veniā dabant Eckio multo  
la cumulare poterit. qstū Reuerendus pater tam cōgessit. Uenit eff̄ disputa rās  
turus non librum editurus. verum quid reuerendus pater dixerit per ordinē  
nem dīſpl̄am̄us.

**¶** Primo omnīū. caput esse ecclēsiae Christum p̄bare intendit. Quod t̄mī fierat  
superuacaneū. cum nullus hoc negare p̄sumat. nisi qui antichristus sit. miror  
t̄mī vehementer. quod hoc non pp̄pendit. sicut pollicet in actis coīā legato sedis

Apostolice posse se prestare quandā suristattheologum. plura esse posse capita  
 subordinata. in quo mystici capituli ratio aut symbolica ratione capituli naturalis  
 deficit. quare p̄ter caput Christū et aliud oportere querit caput in ecclesia stat  
 um probabit. Nec et suffragat q̄ Ap̄lm inducit puma ad corinthios 3. diuīs  
 est Chvltus. Nam eti Paulus ibi Petri meminerit. non tñ fīm dixit beatus  
 H̄ero. lib. 1. ñ Iouani muli colū. 18. vñus eligitur. loquuntur de Petro. ut capite  
 constitutio schismatis tollatur occasio. Clare appellat Petru caput in ecclesia  
 esse constitutum. sed hec missa facimus. solutiones ad nostra inducunt repulserit.  
**P**rimo cū responderet ad illud Jobannis 5. neq̄ em̄ filius potest facere quidam  
 factē patris et filii. verū legat attentius queso reverend⁹ pater beatū et inacutus  
 labilem patrem Bernhardū lib. 3. de consideratiōe aci eugenīū. Ubi de forma  
 ecclesie loq̄s. et eam esse de iure diuino probans nīaz rationē formauit mibi  
 colū. 7. nec vilen⁹ reputar formā hanc q̄ in terra est. exemplar habet in celo.  
 Neq̄ em̄ filius potest facere quidam nisi que viderit patrem facientem. p̄serum  
 cum ei sub Nōlī nomine dicū sit. Uide omnia facias secundū exemplar quod  
 tu in monte monstratū es. viderat hoc quidam bar. videlicet curatē sanctam r̄z.  
 Ego em̄ p̄ter similitudinē dictū reor quod sicut illic seraphim et Chernobyl. et  
 certi qui vñs ad angelos et archangelos ordinantur sub uno capite deo. ita hic q̄bz  
 sub uno summo Pontifice primates vel patruarche Archiep̄scopi. ep̄scopi.  
 prefoyteri. vel abbates et reliqui in hunc modū. tunc subdit Bernba. Non est  
 parupendēt. q̄ et deum habeat auctorē et de celo ducit originem. Quia lá  
 non intelligat hanc ecclesiasticā hierarchiā scđm Bern: a Christo institutā. et  
 velut deus caput est in celo. ita summus pontifex caput sit in militate ecclesiae.  
 Reutib⁹ Chvltū excludendo. cui⁹ se fatetur vicariū. Sed ad rattanulā ples  
 sam quā idcirco ecclesia manere acephalā papa mortuo nisi ridicule dicerem⁹.  
 Chvltū cedere pape vñlo et succedere pape moreno. Bidicula prōfus⁹ ratiūs  
 cum quā in se inter tot prestantes viros. vñx est digna enarrari. cum  
 ab initio dixerim caput illud symbolicū a p̄rī capiti naturalis ratione in alio  
 quib⁹ cōuenientijs descire. neq̄ Chvltus cuius regnū manet in eternū. et cui⁹  
 sempiternum est sacerdotiū cedit pape vel succedit. cum eis data om̄ia potestas  
 in celo et in terra. Matthēi vlti: Et defuncto papa modo cerus Cardinaliūs  
 sicut defuncto ep̄scopo cap̄m tura illa renat. vñs quo nouus pontifex delis  
 gatur. Qd̄ vero secundo loco reverend⁹ pater dicit Cyprianū loqu⁹ de quolibz  
 ep̄scopo non de Romano Pontifice plurimi miror cū intelligentia dictione ex  
 causis dicens sit accipienda. et Cyprianū locis per me adducens eos increpet  
 qui a Cornelio defecerunt. Quid certe Roman⁹ fuit pontifex. Ob id sciat Be:  
 reverend⁹ pater me non nudis verbis satiari. vt sophistas pascere solemus.  
 que ex Cypriano pro se assert opponendo arbitrio cumulatus efficiat. Nam  
 q̄ Cyprianus Cornelium fratrem appellat et apostolos fratres fuisse nemo  
 nescit. attamen Petrus sicut et eius successor Cornelius caput fuit apostolorum  
 ap̄x et vertex. iuxta beati Dionysij ca: 3. vel. 7. de diuinis nomib⁹ sententiam.  
 De electione et concilio Niceno et a Cypriano conscripta. nec p̄mouent nec  
 impediunt negotiū. et multo mtnus Augusti: lib: 2. ca: 2. de baptis: parvulorū  
 debebat adduci post Cyprianum. Nam Augusti arrogantiā et temeritatē  
 eorum qui per ambitionē et superbiam ad ecclesiasticas prelaturas se ingenerū  
 reppendit. q̄ non debeant se constituere nec altos cogere ad se constitueadū.  
 Cum quisq; prelatos exspectare debeat ut vocetur sicut Baron.

**T**ertio aliam Cypriani sententiam ex. 2. Ep̄stola ad Cornelium dicitur  
 respondit. Unitate quidem sacerdotalē in occidentali ecclesia a Romana ex  
 ortam. non in orientali. obsecuit. hic Beuerend⁹ pater qd̄ Cyprianus preces  
 denter Romanam ecclesiam appellavit. Petri cathedram atq; ecclesiastis pila-

spalem. **P**ed quid sua solutio possit medullā verboꝝ inspicienti est manifesta-  
rium. Nam Beuerendus pater more grāmatico orium vnitatis sacerdotalis  
intelligit quo ad auspiciū et initium, cum profecto Lypitanus voluerit ep̄p̄lis-  
care orium cōmissionis, subordinatiōis seu influsus, vt ab uno Petro, velut  
a capite. In ceteros omnes iurisdictio sit derluata, alioquin non dabit unum  
sacerdotem nec hierosolymis. **T**aceo q̄ eum non relenat glossula actecta de  
occidentali ecclēsia, cum beatus Hieronymus ab initio sue ep̄stole ob id oīs  
entalem ecclēsam ex oriente scribens schismatā dicat, que indiscissam domi-  
tunicam et desuper contextam minutat per frusta discerpit. Christi vineam  
inquit vulpes exterminant, denotans sc̄ Hierony: cōsponsa in canticis cōque  
rebatur, capite nobis vulpeculas que demolunt vineam. Taceat ergo quē  
so Beuerend⁹ pater et nobis non insultet cum grecis et orientalibus qui a Bo:  
deficientes ecclēsia, a fide quoq; Christiana facti sunt exiles. Consecratum  
est quo pacro accipienda sit illatio. Est radix ergo domina. Non enim de ro:  
dice loquimur intr̄, vel temporis, sed de radice influsus et principalitatibus.  
**¶** Quarto loco nititur reuerendus pater se euolnere ex verbis Hierony: et illa  
vitare. Nam summo sacerdoti tribuit quidem et dari summā dignitatem, sed  
hoc fiat ure humano. Sed cur tunc beatus Hieronymus Damalum p̄scas  
tous appellat successorem et cathedre Petri vult associari? Illud duuum eiſ  
tans Dathei. 16. super illam petram fundatā ecclēsam sc̄to. Qd̄ ita reliqua  
ecclēsias appropiari non potest, vt Bernhardus ratiocinatur et proch dolori  
cum summa Christianoz iniuria sumus experti poras inferorum preualuisse.  
ecclēsie hierosolymitane. Antiochene Alexandrine, addo quoq; Boemie, q̄  
tamen de ecclēsia que fundata est supra perram veritas incorrupta Christi q̄  
patitur. Sed verissimū est in q̄s que sunt fides, quod Hieronymus in eadem  
ep̄stola affirmat. Ubicumq; fuerit corpus ibi congregabunt et aquile, pro  
fligato a mala sobole patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum omnino  
seruatur auctoritas. Et hoc in principali adhuc evidenter probantibus non  
sunt humano primatum obtinere ecclēsa Bo: sed diuino. **P**restat tamē dilectore  
que venerandus pater pro se ex Hierony: adduxit. Primo ad Enagrinū ubi  
ep̄scopum Rome et Egubij Constantiopolis et Regij eiusdem meritū dicit et  
sacerdotij, hoc sc̄imus ante q̄ Theognis nasceretur, neq; papatus enī oīdo  
ultra Ep̄scopatū. Nam sic et alto loco equalē dicit fuisse apostolos. Ubi tas  
men primatum sancto Petro nō abstulit. **S**ed q̄ reuerendus pater tantope  
re a me efflagrabat ne dñs uerticula quererem quod nunq; sa cere sum solitus,  
ipsum canonem legimus addicens. 93. dist: me adhuc dicit p̄cādū q̄ dñs  
Canoniste et Theologi an Ep̄scopatus ordō sit proprio charactere insigne  
sacerdotio adlēns, de quo in presentia velut imgeiente mihi decerno. **P**ot  
tamen dico apparere mihi saluo semper meliori iudicio, nō ralem fuisse in p̄s-  
tū ecclēsia confusione, vt Ep̄scopus a sacerdote non separaret, cū duodecim  
Apostoli septuaginta duos excedant discipulos. In cuius rei testimoniu:  
beatum afferro Dionysium Hieronymo antiquiorē et primū hierarcham.  
qui lib: de ecclēsiae hierach: inter sacros ordines ep̄scopatum ecclēsiae hierar-  
cham, et quo pacto is debeat cōsecrari, cui assentītes ep̄scopos  
pos ab ipso ecclēsiae initio cōmune sacerdotiū excelluisse opinor.  
**¶** **T**ertio, adduxit canonem concilij Africani. 99. dist: can: 1. Ubi concilium  
prohibet nec Romanum pontificem debere dici univerſalē, et q̄ Christus hoc  
prohibuerit lince. 22. Reges gen: 27. Respondeo verum esse fastuofum univer-  
salis ep̄scopi nomen fuisse prohibitū, non q̄ Romanus pontifer vñq; a vero  
Christiano habens sit non primus et summus pontifex, sed quod ep̄scopus  
peculiariter. Romane ecclēsiae non sit proprius cutusq; ecclēsiae ep̄scopis, sed

55.

primus. & alioquin debitus honor: Episcopi lafertibus non tribueret. Vnde  
rum nichil criminis inest. si quispiam Roma: pontificem vniuersalem dixerit pro  
primo. rectius vero dicetur non episcopus vniuersalit. sed vniuersalis ecclesie  
sie episcopus. veluti est Christi vicarius. Quod dominus ambiciosem redarguit  
apostolorum contentione. qualis inter seculares queritur. hoc primari ecclesie  
Roma: non auferat. sed quod beatus Gregorius primus fecit. et agnouit se ideo  
Ecclie catholice prelatum. ut seruum seruorum se esse agnosceret. in qua res es-  
quentes Pontifices non conuicti laetarentur. sed orationibus. ut tales fiant. &  
deo impetrare studeamus.

**H**ora Secunda pomer-  
diana Quarta die  
Julij 1519.

**Martinus Luttherus.**

**P**rimam responsonem meam qua ex auctoritate Pauli prima ad Corintios  
ostendit ab apostolo prohibitus ne fidelis sibi arrogaretur ut Cephe. vel Paulus  
lum. vel Apollo. ad istum modum confutatur. d. d. egregius q[ui] est Paulus ibi  
dem Petri meminiret. non tamen falso Hieronymus contra Joannanum dicit. Unde  
eligitur q[uia] capitale constituto occasio schismatis tollatur clare appellat Petrus  
caput in Ecclesiis constitutum. adlecit. sed hec missa factamus. Respondeo non  
pattro propter minorem auctoritatem inductam me diuelli a matore. Nec tantus  
est Hieronymus ut propter eum Paulum deferam. Non ergo Paulus solum  
meminit sibi Petri. sicut conatur extenuare ista confutatio. sed cum plena aus-  
citoritate docet et prohibet. ne quis dicat se esse Petri. Unde et idem capitulum  
concludit. Omnia vera sine Paulus. sive Cephe. sive mors sine vita. Vos autem  
Christi. Christus autem dei. Stat ergo ista responsio mea adhuc invicta et nisi  
robustius confutata fuerit. oppono eam omibus preteritis et futuris argu-  
mentis. d. doct: Verbum enim dei super omnia verba hominum est.

**A**d Hieronymum autem dico q[uia] et ego missa facio ea. cum sit ambiguissimum  
locus. vi bene sensit d[omi]n[u]s Docto. Secundam responsonem meam ad auctoritatem  
Iohani: 5. vbi dixi Christum loqui de equalitate potentie paternae. iussit me. d.  
Doctor attentius legere beatum Bernhardum qui hanc auctoritatem inducit pro  
ecclesia militante sicut auditum est. Respondeo. Diuum Bernhardum veneror et  
eius sententiam non contemno. sed in contentione accipiens est sensus genitus  
nus et proprius scripture. qui stare in acie possit. a quo sancti patres nonnulli  
locupletande orationis gratia digredituntur et sine culpa. Nunc autem ex pres-  
cedenti et sequenti textu clarum fit Christum loqui de equali omnipotentia  
sua cum patre. Propterea persequebant iudei Ihesum. quia faciebat hec in  
sabbato ergo magis querebant eum Iudei interficere quia non solum solus  
bar sabbatarum. sed et patrem suum dicebat deum equalem se factens deo.  
Respondit itaque Ihesus et dixit eis. Amen amen dico vobis. non potest filius  
a se facere quidam. nisi quod viderit patrem facientem. et sic clare patet quod  
Bernhardus alto sensu tractat hoc verbum Christi.

In li. de  
dissimilis:

¶ Ad tertiam, videlicet plebeia ut dixit et ridicula ratuncula, qua dixi, etiam sine papa ecclesia habere caput suum, opposuit, qd non esset digna enarrari causa tantis vtris et in re tam seria. Bfideo, sit plebeia et ridicula, modo sit iniqua; Nec dum video eam cōfutaram, non em intelligo si ecclesia ad tres vel quattuor menses non sit acephala mortuo Papa, modo sint alii episcopi, quod etiam non sit acephala cum nullus sit Papa Nam qd adduxit de Cardinas libua penes quos sit vis eligendi et. Bfisionem meam confortat, cum hinc se qualis eo tpe quo nondū erant Cardinales ut tpe Hie: non potuisse esse papā.

¶ Ad quartam Cyprianus auctoritatē ubi dixi cum loqui de quolibet Pontifice obiecit qd ex textu p̄uincatur cum loquuntur esse de Cornelio Romano pontifice contra Nonianos. Bfideo, mea non refert nec eam ep̄lam in memora habeo, hoc aut scio qd diuins Cyprianus q multas ep̄las in hoc totus est, ut assertat cūliber ecclesiæ suū caput et suū Episcopū, q suffragiū plebis et iudicium vicinorū episcoporū ordinari. Ideoq; si est ut d.d. allegar cōtra Nonianos de Cornelio dico, certum est eum loquuntur de capite Romane ecclesiæ, non vniuersalit ecclesiæ. Item et illud cōfutavit q Cyprianus Cornelius semper cōpellat fratrem nūc aut dominū, ut nunc episcopi facti sunt ponentes relatum sine corelativo. Obiecit qd Petrus ap̄los habuerit fratres et tū capit et versus ap̄lorum fucisti, iuxta Dionysium. Bfideo si potest egredere: d.d. probare qd Petrus vñq vñū ap̄l dicitur ordinaverit, immo vnum ex septuaginta discipulis, aut vñū illorum vñq misericordi, cedo diffīlē et volo esse rictus, si aut ego pbaneo, qd ne offens quidem ap̄lis potuerint vnum ap̄l dixerit vel ordinare, rogo concedat mihi Petronibz fuisse potestatis super ceteros ap̄los. Quo sequitum minus potestatis esse episcopo successori Petru super episcopos successores ceterorū ap̄lorum. Nūc aut clariss: text⁹ est Actuū primo, qd Battiblas ap̄ius ab vñuerso ceteri apostolorum et discipulorum ordinari non potuit, sed de celo, sicut et ceteri omnes electi et ordinatus est a Christo ita et capl. 13: Saulus et Barnabas segregante spiritu sancto assumpti sunt in opus. Erat ergo est ap̄tissimus qd Petrus habuerit potestatem super apostolos. Hoc sane fateor: ap̄lin Petrum fuisse primū in numero ap̄lorum et ei debet honoris pierogatiā sed non potestatis, equaliter electi sunt et equalē potestate accesserunt, ita et de Romano pontifice sentio qd honoris pierogatiā, ceteris per beat asservit salua culisq; equalē potestate et non sicut Pelagius in frigiditate suo decreto infert, vbi maior auctoritas, ibi maior potestas et manet ceteros obsequenti necessitas.

¶ Ad quintam, ubi electione episcopi ex Cypriano et Niceno cōcilio attulit egredere: d.d. satis Hieronim⁹ contempnit dicens qd nec p̄monerat nec impedit negotiū sed qd hoc non dissoluat mea responsio, stat ergo adhuc decretū Nicenū, aut si non stat et contra ius diuinū statuerit, non catholice concilium, sed diabolice concilium appellandū erit, sic cum putaret Augustinus fuisse inducētū et pulcherrima glossa sua Cyprianus qd Augustinū adductū sit interpr̄ator⁹ est, qd Cyprianus ambitionē et subigiam eorum reprehenderet qui seipso ingenerentur, antecē vocarent, sicut Aaron. Hoc mera fiducia dixit, ceterū textus satis clarus est, qd nullus episcopus qui tam sit episcopus se cōstituere debet alicuius episcopoz episcopū. Stat ergo adhuc mea responsio.

¶ Ad sextam: Grauerit me reprehendit idem egredere: d.d. qd in altera auctoritate Cyprianus obtulerit hoc vocabulū. Principale eccliam, demicē velut grāmā, cū me naso suspendit, qd diversim ortam esse vnitatem sacerdotiale ex Petri sede. Ideo nouus dialecticus vel phūs postul ortum hunc interpr̄erat, cōmissōis subordinatis, seu insluris, alloquin inquit, nec ex Hierosolymis dabit vñū sacerdōtē. Bfideo sine docuerim sine locutus fuerim hoc vocabulū principale. Hic est, nec enim p̄t principalis vocari respectu orientalis ecclesiæ, ut satis dictum

**D**einde cōmentū sum de ortu influxus. eadem facilitate cōtempno qua ipse  
fuit & non est difficile mibi dare unum sacerdotem ex Hierosolymis. scz ipsum  
Christū. a quo incepit. et hinc orta & profecta est ecclesia. iuxta illud Isaiæ. 2. de  
sion exiit lex. et verbum dñi de Hierusalem. Jam quod addidit auctoritate  
Diero: orientalem ecclesiam fuisse schismatica. et incircassiam dñi tunica minuta s  
tim discepente. Rescio sane quid velut. nec eis potest dicere quod tota orienta  
lis ecclesia et semp fuerit schismatica. Hinc nec negare potest. quod et latina  
ecclesia sua habuit aliquā schismata. et tñ mansit ecclesia. Proī nūl est quod  
lubet me facere et non insultare p̄ Greca ecclesiam. q̄ deficiētes a Ro: eccles  
ia facili sunt et a fide Christi exiles. ego potius rogo d. d. Ecclīum. vt p Eccles  
ia modestia. quam iactat. parcat tot milibus sancto:ū. cum vſch ad nostra  
tempora durant ecclesia greca. et sine dubio vſch hodie durat & durabit. Non  
enī Christus acceptit mediū terre Romane. sed omnes fines terre in possessio  
nem et hereditatem a patre psalmo. z.

**A**d septimā quod ex Diero: de sumo sacerdote opposuit. mēa responsionē  
dixit esse enationē. adeo confirmaturus dicit suū aciebat. Cur beatus Hiero:  
Damascus p̄fatoris successore dicat. et cathedra Petri vult associari. illud  
dūlū citās. Matth: 16. Sup illā petrā fundatā ecclesiam fecit. qd̄ ita reliquis  
ecclīs ap̄ptitari non pōt. et deī complorant hierosolymitane. Antiochenes  
Alexandrine. tandem et Boemice casum. & q̄ eodē Hiero: restit apud solos Ros  
manos incorupta patrū seruare auctortas. Respondeo et rogo d. d. Egre  
giū velit dicta p̄m̄ allegare secundū conscientiā. ne pro theologis videamur  
esse sophiste nam summū sacerdotem eo loci Hieronym⁹ appellat episcopum  
quilibet etiam. vt qui de numero reliquorū sacerdotum sit eleutatus. ideo nihil  
petinet proprie ad Ro: p̄petrī Dei illa suoritas Matth: 16. nō appropiat  
Ro: ecclīs tñ qd̄ exp̄esse indicant verba Christi cū dicit. Ecclesia mēa. ques  
cumq̄ ergo est ecclīs. est edificata super petrā et non solum Romana. Aut si  
non cōuenit ceteris ecclīs hoc verbum. Romana ecclesia erit sola. et peons  
sequens non prima. Quare vñtate ecclīs non ab vñtate primatus Romani.  
sed longe melius iuxta apostolū Ephe: 4. ab vñtate fidei. baptismatis. domi.  
pendet. sicut et frequenter Cyprianus in epistolis suis sentit. Nec mansit apud  
Roma: solos incorrupta patrū auctortas. nisi forte eo tpe quo scripsit Hiero:  
Inno: tradit̄ histōie Liberia Roma: ponti: ecclīs Ariani. et illud Hiero:  
Ariani discipulus auctortate constantiū impatoris ordinavit felicem in Ros  
manum pontificem.

**A**ceano. confutans auctoritatē Hiero: a me inducta ad Euagrī. Dicit se  
scimus officiis eiusdem meriti. eiusdemq̄ sacerdotij officiis episcopos fuisse & esse.  
sed paparū esse ordinem ultra Episcopatū. sed non emittit responsionē mēa. q̄  
Hieron: sublimitate & inferioritate episcopoy non iuri dūlū. sed cōsuendit  
et potētie diuītay tribuit. Ideo adhuc maneo cum Hieronymo.

**A**d nonū. Sup canonē. 99. dist. dicit sibi non apparere in ecclesia primitua  
fuisse talēm p̄fusionē. vt ep̄us a sacerdote non separat. Resideo. Quid hoc ad me  
pugnet cum Hiero: et canonib⁹. q̄ aut̄ Dionysii inducit inter sacros ordines  
Episcopatū recensere. miror. q̄ non etiam inducit ex eodem auctore Romane  
ecclīs monarchiā. cum habeat tantū momentū ad Hierarchiā. vt sine hac sis  
multitudi triumphantis ecclīs consistere non posset. Decuit aut̄ p̄fessorē scribz  
vnde hierarche argumento suscep̄to p̄fertim in p̄stantiore eius parte satiſ  
facere. At Dionysius vſch ad episcopū solum dedicit.

**A**d decimā ad Canonē. 99. dist. vbi respondit p̄fustum fuisse ne Ro: ponti:  
p̄p̄tūrū ecclīs episcopus appellaret. confutauit in hūc modū. Non q̄ Ro:  
p̄p̄tūrū non sit pūmus et summ⁹. sed q̄ episcopus peculiariter Roma: ecclīs

consensisse

non sit proprius cuiuslibet ecclesi ep̄s. Respondeo. quia vlt mortaliū possit tam stultus incidere affectus . vt vna psona velet om̄ibus eccl̄is et singulis p̄esse . vt tantā insāta necesse fuerit p̄libere. Tñ relinq̄s vā cōfutationem rectiorē dedit . sc̄z non ep̄scopū vñnerat̄. sed vñiversalis eccl̄e ep̄scopū. q̄d Roma: pontificē discendū. Nisi p̄cerem et ego suspenderēt hanc solutionē. sed iudicent Judices et auditores.

¶ Ultimo ad auctoritatē Christi vbi dixit. vos aut̄ non sic . dicit ambitionem fuisse redargutā. sed non primum. Respondeo hec est periclo principiū. quia iam obtinuerit esse sc̄s principiū. Deinde clarus est textus q̄ non tñ ambitiōne. sed ipsam maioriātāē sup̄ ceteros prohibuit.

### Eckius.

¶ Id defensiones solutionū a reuendendo patre datarū. Dico de primo. Non incipasse Paulū eos qui dixerant se esse Petri q̄i habuissent intentionē p̄imū ep̄patiū ap̄lor̄. sed quia singularitatē ap̄spicabant psonas. Qnod verba ipsa clare indicat diuisionis et schismatis. Et quanq̄ merito Paulū p̄ferat Hiero-  
cū tamē credendū est Hiero: eo loco sententiā Pauli bene intellexisse. Nec los-  
cus est ambiguus ob id caput in eccl̄ia constitutū. vt schismatis tolleret ocs-  
casio. Qd grāmattice satissimē lectori quā disciplinā preciū p̄ alij p̄ibus  
phie. theologie subseruit̄ dixit in disputatione quadā reuendens pater.

¶ Secundo Nemo negant Christū Iohān: 5. equalitatē cū patre affirmasse  
nisi Arianos. neq̄ alio sensu inducit Bernhar: Sed q̄ reuendens pater ar-  
bitrat̄ sanctos patres sanctā induxit̄ scripturā locupletande oſonis gratia.  
respuimus qm̄ talē ostentationē de eis suspicari non licet.

¶ De tertio. de papa mortuo tunc eccl̄ia esse acephalan. Dico nūc negatū  
Christū esse caput eccl̄ie iuxta etiā glossam Canti. 5. caput eius aurū optimū  
Glossa caput. 1. Christus Papa vero est eius vicarius. In cōfistorio sūt ep̄p̄s  
et vicarii computant̄ p̄ vna psona. vnde appellare a vicario ad eūm nō licet.

¶ De Cardinalib⁹ vero dixi q̄ nūc. hoc est iuxta eccl̄ia iam institutā. electio  
ad cardinales venerat̄ Aſcolao quodā pontifice ordinante. tñtpe Hieronymi  
Cardinales credo. nisi Hieronymus non fuerit p̄ſbyter cardinalis.

¶ Quarto de Cypriano. Certe fieri nō potest vt sancti martyris verba in Ro-  
mane dioceſis angustias coarter. Quia ep̄um maxim ex Numidia q̄ regio est  
Affrīcē vltra Atlantē. vt Ptole: et Strabo auctores. sunt ad Romā achenias  
runt Qd vero Cyprianus Cornelius fratrē appellauit. arbitrio: collectoris fuisse  
non Cypriani mentē. Nam si sanctoꝝ ep̄scopox ep̄ſtolas legerimus. inueni-  
emus clare ea tempeſtate vſitatores fuisse conſcriptiones illas laudabiles et  
magnificas q̄ modo fiat Romano Pontifici. vt de Ambroſio. Augustino et  
Uſilio ceterisq̄ liquet patribus. Nam mutuo se vocant beatissimus. sanctissimus.  
deo amabiliss: et. Id a climentib⁹. Lanzatur q̄ querā diuerticula et ad re-  
non p̄tinetela. cum bona vinea libenter dicere. Turpe est doctoꝝ et. pett a  
me et p̄bem Petri ordinasse aliquā apostolū. sed hoc ad institutū nostrū est  
imp̄tens. Non em̄ querim⁹ quis vñū aut alterū ordinavit. sed quis primū fecit  
sup̄ alios a dño Ihesu accepit. Subsequēs omnino responso. cū huiusmodi fecit  
illationē. Petrus nullum potuit ordinare apostolū. quare nec successor Petri  
succēſorē alterius potuit ordinare . vt sup̄ eo habere potestatē. Nā assumptū  
est verū. illatū est manifeste falso. cum summ⁹ pontifex modo potestatē bas-  
beat et ordinat̄ altos ep̄s. Clerū ratio enocandi. nodū erit ista. q̄ apostolū  
officiū fundamētū eccl̄ie. plus dicit q̄esse ep̄scopū. Quare Leo decimus  
successor est Petri apostoli. non apl̄us. Sed q̄ fateatur Petri bene fuisse p̄tis-  
mū apostolū numero et honoris pragatua et non potestatis. illud non satiſ-  
runt. sicut Chrysostom⁹ sup̄ Mattheo auget̄ et glossa videatur Matthe. 104

D. Hartenſidit  
Hiero: non  
fuisse Cardi-

D. Hartenſidit  
dixit circa  
Atlantem

۲۹

29

Deinde quod de potestate et honoris prerogativa variat, expresse est contra  
sanctum martyrem Cyprianum, qui in tractatu de simplicitate prelatorum contra Novas  
clanis loquens de diaboli astutia. Incredulit eos qui velut iusticie ministri asserunt  
noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtutu spes praeditam sub ps  
terru fidei, et infra et quis apostolis omnibus post resurrectione suam parem  
tribunat potestatem et dicat. Sicut me misit pater regnus, tam et ut unitate manifesta  
ret, unitatis eiusdem originem ab uno insciplente, auctoritate sua dispositum, hoc  
erant viri et ceteri discipuli quod Petrus, pars consoritio precitum et honoris et  
potestatis hanc ponderandam. Sed exordium ab unitate praedictis ut ecclesia una  
esse monstrari, et infra. Hanc unitatem qui non tenet legem dei non tenet, non res  
pet patrum et filij fidem, vitam non tenet et salutem. Hec notatum dignissimum: Cyprianus  
verba, qui inter prerogativa honoris et potestatis apostolos non valet.  
**A**d quintum de classis.

¶ **A**utem, qui inter prærogativa honoris et potestatis apostolos non valat, sed de qualitate aut potius qualitate ipsorum electi, quare concilii Nicenii non sunt conciliabulis. Sed que facta et conuersatione respiciunt pro ipsi. Nonarum erit locorum, qualitate mirari possunt ut in multis canonib: videmus.

¶ **A**utem seruit obseruand⁹. d.d. vel dialecticū opponit me finxit distinctionē de duplicitate ortu. Nam auditus Lypiansi et loquax p. Eccl. cui non tam super petit ingenium ut noua fingat, sed revera sanctoꝝ dicta pro virili explanat. Dum vero om̄i dat mischi sacerdotē Chistū primo Lypiansi attentionē nō assequit nec Hiero: qm̄ Petruꝝ primū apostoloꝝ constitutus volunt. unde reliquoꝝ sa cerdos potestas destinet. Non quidc interclusus zferendo quod Chistū est velut capit, sed potestate Ecclesiastice cōmunicando.

¶ **P**er seipsum, inde facta est potestas.

**T**eptimo, quod desiderat Ecclesia modestiam Grecos et orientales pro damis  
handis iudicantem. Videò Grecos longo tpe non solum finis schismatiscos, sed  
hereticissimos, ut tot error cumulus et pulsar obstinata testantur Clementis:  
de summis: primis de spu sancto de confessione, de tritum Euangeliarum falsitate.  
et innumeris alijs, quāuis sepe fictam fecerint Roma: ecclesi obediensia. ut in  
concilio Florentino Eugenij quarti tps: facta est. Quare si pauci Christiani  
apnd nos multoꝝ sententia. salvati debent, quāro magis paucissimi aut nulli  
in Turcia salvantur: nisi Religiosi aliqui et eiſ adherentes qui Romanam  
tenent obediensiam.

**D**e oceanio. Bogat reuerend⁹ pater vt auctores allegēt scđm p̄sciām. In quo  
nihil habet. Uellet q̄ eos adducere possem enī scđm scientiā. At Hiero ragas  
hosce Damasum velut summū pontificē. nulli potest esse dubiū. Sic quocq̄  
ecclesiā v̄lēm esse fundatā supra petram nemo ambigat. Sed petrā illum esse  
Petrū et eius successores alto tempore probabo.

**P**etrus et eius successores alto tempore probabo.  
**S**ugillat tamē non nūbil Hierony: cum dixisset apud vos solos incorrupta  
puma omnino seruat auctoritas. Quis est Romani pontificis fuerint sine neutrō  
Si ad ipsa Hiero: referit. Libet et Anastasius eum predecessor. Doc dico  
q̄ ad merito in meis: fideliū est administrandū nullū. Bo: ponti: quantū cuicq; malū:  
velerrātē in definiūtissimē iudicālitter et ex constituto. q̄ vñq̄ meminerim qd est ī  
fidei Ch̄istiane mandata. Q̄uis facio ipso sepe errauerit. immo talia iudicia era-  
ronea. facere attenterū. Ubi diuino quoq; corrupti sunt iudicis. vt de Leone  
Ariano aduersante Hilario. et de Anastasio can: Anastasius. zo. dist.

**U**nianus aduersante Hilario, et de Anastasio can: Anastasius. 20. dicit.  
**A**d nonū. de canone legim⁹. 93. dicit: forte reuerend⁹ pater me non intellexit  
**P**anis⁹ venit mihi in mente papatū esse ordinē ultra episcopū, sed dignitatē. **D**icit  
vero dict⁹ miss⁹ bellum esse cū Hiero; et canonib⁹: dixi quid sentiam⁹: p̄fro hoc  
loc⁹ Dionys⁹ auctoritatē velut sen⁹ vīs. **A**t cū rhetorice reueren: p̄f de Dioſ  
mīſio. **E**ur nō monachā ecclēsie descripti: unno ultra episcopū nō p̄grediat.  
**O**rdinē esse negaueri. episcopatus inter ordines oīm p̄sensū sup̄mū obtinebit locum.

**D**ecimo. qd nemine tam insanu existimat qui crediderit altum esse episcos  
pū propriū singulare ecclesijs. quid est quod ego queror. nisi quod stultorum  
et qui singularitati student. infinitus est numerus. legat Beuerendus pater  
Alpharum de planctu ecclie. Johanne de turre cremata in summa ecclie  
nre. Qd vero suspendere vult solutionem niam de eo qd dixi Papam vniuers  
alis ecclie pontificem melius qd vniuersalem epis copū. feci hoc dñi Bern:  
auctoritate et summoz pontifici confuetudine ait em Bern:lib:z:z. de pscida:  
ad Euge:col: 7. Nempe signū singularis pontificij Petri z. Infra ita cū qd  
cetero: suā hz ecclie tibi vna cōmissa est. grandissima nauis. facta ex onibz  
ipsa vniuersalitatis ecclie toto orbe diffusa.

**A**d decimū. verbo Christi nō satis factū luce. zz. quasi sit cōmentū meum  
at non sine auctore loquor adduco ei Richardū Amaranū lib:7. c:3. de ques  
tione: Armentorū. locū istū ita intelligentem. beati Leonis auctoritate. Et q  
hoc sit verū. verba indicant et qui maior est inter vos z. Ergo pscponeret  
Christus aliquem esse maiorem. quis aut̄ esset maior nō tunc indicavit. sed pos  
terius. cum Petro dicaret. de demone eos experente. et quō rogaret pro eo. et  
querens confirmare fratres suos. vbi maioritatem eius declarauit.

### **M**artinus Lutherus mane hora. 7. die Martis que erat. 5. Iulij.

**C**onfutatur<sup>9</sup> respōstionē. egrē: d. d. in causa ad illud. i. Co:3. Quid est Paus  
lus: quid est Cephe: dixit ibi non esse intentā principalitate sed singularitatē  
personē. idq; indicari p verba schismatis. Respondeo me plus mouet ipse test  
eus Pauli qd tam violentia et extorta distinctio. que nulli prorsus metitur auct  
oritati. cum es velit et diuinō sure arguere. clarū est aut̄ contentiō eo:z:z. fuisse  
de pstantia vel principalitate plonari. qd indicat ipsa confutatio Pauli p ras  
pinosae et compationes vrgens et dicens. quid est Cephe: quid Paulus: dīz  
mīstr p quos creditistis. Itaq; qui plantat et qui rigat vnum sunt. Neq; qui  
plantat est aliquid neq; qui rigat est aliquid. sed q incrementū dat de:z. in quo  
manifeste derahit personam. i. occasiō schismatis. Quomōz rad Salatas  
z. cum titulo pstanti Petri et aliorū Apostolorū Salate essent sectuti. audet  
et dicit qui videbantur quales aliqui fuerint id est. q magni. nibil mea refert.  
Deus enim persona hominis nō accipit. quasi dicter. sic Petrus vel quicq;  
ap̄laus patimus vel ultimus sit. nibil ad rc. Velle g egrē: d. d. scripturas rectius  
legerat anq; sic allegaret. Stat ergo qd patimus iste seu plona nibil pteat  
ad ecclie de ure diuinō saltem. trāleo illud qd Hieronymū dicit Pauli sententia  
tlā intellectisse. Itē et illud q concessit Jobānis. 5. Itē et illud de plebeis ractū  
cula transeo. q; non est confutata. Qd de episcopo et vicario in consistorio ad  
duxit. nibil ad rem est. Dea ratio hoc voluit. si ecclie nō est acephala mortuo  
papa nec acephala nullo papa. transeo illud de Cardinalibz q; offitib; nominata  
q; ceperint. Transeo et illud de Cypriano. q; ex p̄pita salutis d. d. dixit nicio  
que de numidia vlera Atlante. que non est in rerū natura. Et illud quod Lox  
nelius frater appellatur a Damaso transeo. q; non confutatum est. licet dictū  
sit qd honestissimū se honoauerit. vt beatiss: sanctiss: appellādo. Nā et hoc  
ego dico. Non aut̄ soli Romano pontifici. sicut hodie sic scribebatur. hoc em  
pbāndū erat. Transeo et illud qd dixerit Imp̄linens esse ad institutū. an Petri  
apostolū ali q̄ ordinaret. Quia hic unicus neruus est et inuit̄ p̄tra d. Ecclū  
ideo non inconsulte transit ne irrecugibiliter Imp̄ingat. Item admittit q̄  
Dāmyre Cypri: adduxit de honore et potestate equali apostolorū. et accipio  
tanq; gratia mīhi factā a d. d. Simili cura qd transiē a Niceno concilio et a  
Cypriano descriptā ecclie episcopori. placet quia nō p̄t confutari. Qd aut̄  
reperiēt de distinctione ortus sacerdotalis. vnde patet qd intentio Cypriano sit

**D**e decessu potestatis sacerdotalis. qd nibil dixit nisi sua verba. apud me nibil concludit. Illud quoqz magis attendendum qd grecos hereticissimos ausus est appellare satis modeste. cu in viuera ecclisia nulla p deciderit plures ex sellentiores scriptores qd greca. Nam qd toties mibi submordens Bohemiam obpperat. alias qd calumnias intercepit. ad sophistas relego. indignatio: a sunt qd vi in granz theologica disputa: memorentur nedū obijciantur. Quare illud Hattide: 16. Sug hanc petrā rē. Uideamus. Vbi dico. aut petra fecit hoc los co potestate vel fidem (confidio em dñm d. nūqz falfacurū sue pmissioni qd petra fecit Papam seu successorē Petri) si potestatē. supflue dicitur infra. nbs dabo claves reg: ce: i. potestatē. nisi dixeris potestatē potestatē tracitā. Deinde si omo potestatē fecit. eadem erit oīm ecclesiariū. qd dicit sug hanc petrā edidit ecclisia meā. nō Romana tm. Aut fecit fidē (qd verū est) iterū eadē est fides oīm ecclesiariū. Ita parer qd hoc solū pnomē meā cōmūne facit petrā. quidqd fecit p petrā. Ideo frigidissime inducit hanc auctoritatē decreta Pontificū p singularitate principatus. que tñ constans defendit cōmūnitatē Petri. Et sic cōcordat cū apostolo ad Ephe. vna fides. vnu baptis: vnu dñs. Nō em vt b. Hiero: 17. ad euagriū alia fides Bo: ecclisia. alia Britanīe et totius orbis ita nec aliis Christus. nec alia petra qd si eadem fides et idē dñs. et idē bap: tisma omnīi ecclesiariū sequit̄. qd eadē omnia reliqua que ad fidē et ad bap: tisma et ad Christum sequuntur.

**P** Ultimo ex Ricardō amarcano interpretatus est verbū Christi de ambitiōe nō de maloutate. qd inquit p̄lupponebat Christus esse vnu inter eos maiorem lice nō indicari quis esset. Respondeo quidquid sit de amarcano. p̄ualet clas: missus terras obscuro autou. qd scribitur qd cōtentō facta sit inter eos quis eorū olderetur esse maior. et Christ⁹. qui vult inter vos esse maior. satis indicat nullū suppositū fuisse. esse maiorē. et ex cōsequentiā texus parer. qd noluit vilū esse maiore rē. Qd aut̄ p cōfirmatiōe sua induxit illud Luce. Rogani. p te Pes tre. et tu confirma. pro me valeat. quia fratres Petri Petro confirmandos p̄cipit. non maloutatem.

**E**cclius.

De apostolis quod attulit Reuerendus pater ut semel dicam. ex Cypriano audiuituī et Hieronymo qd et sanct⁹ martyr et Papa Anacletus testis canos ne in hono dist: z: Equales fuisse eos in apostolatu qd nemo negat. At equas itas illa apostolatus nō p̄tudicat primatū et principatū. nisi impudenter dicitur sanct⁹ Darterē Anacletū in eodem decreto sibi cōtradixisse. Quod vero tam pondert et p̄sidū locat in ordinatiōe apostolorū. scio qd Paulus ingenue scriptit postqz ascenderit Hierosolymā nibil se recepisse ab hs qui videbantur aliquid esse. verū si neruus iste tam iniusticiblister Ecclū ligare debet. vtratur eo cum copiam opponendi habuerit. Sed quod gratiam sibi factam ait ex Cy: prianō. apostolos pari consortio p̄ficiens honoris et potestatis. si istam appels lat gratiam solutiones suas intermire. paratus sum sepe ei ralem gratiā exsibvere. Nam distinxerat reuerendus pater Petru fuisse p̄torem prerogativa bonoris non potestatis Cyprianus in vtroqz eos equiparat.

**P** De numidia quam ait esse inter Mauritaniam et quod attulit negotium est imprimens et dñi Losmographicū negotiū non agens. non omniū etiam mesini. hoc scio Mauritaniam Turganicam et celarentem ab Atlante vergere vloqz ad mare. nech Atlantē pont terminū affrice. sed africam p magna sui pte dividere ad plures gradus. sufficiat vententes ad Cornelium ex numidia nou fuisse de diocesi Romana. sed primam adiūsse eccliam. Ob id invicta stat ad huc Cypriani illa sententia nondum soluta. De influxu miro: qd assert verba mea fuisse. cum Cyprianum contra nouatianum adduxerim. ad quem reuerendus pater nibil respondit. De grecis facio: eos oīm fuisse Christianissimos.

et doctiss: ch: Romana eccles: prima appellabat sedē. sed subita elata et insidiosa  
infestū ab obedientia Romane sedis se subtrahentes in pessimos incidentes  
errores et simul fidem cū implo perdere. Quod vero diuinus me nō exhibitorū  
pollicita et argumentū fecit ex Math: 16. c. Porro: venerandū patrē sophistis  
tam infestū et tñ. sophistarū cauelis pulchre vitum. Et cum sit respondens se  
ad ptem opponentis transfert. Quare nihil tam respondeo. sed quod perit p  
me probabo. ne semper tēpus deliberandis ad pres suas vensat. postremo  
obscurū doctorē Richardū Amaranthū reijacit illius oblitus q: Richardū dicit  
Id facere beati Leonis auctoritate. Porro id ex Ifa non euincit. quod perit con  
tentione inter discipulos factam Christus merito reprehendit. Quare et verba  
Christi sic sunt accipienda ut attentionē reprimant. pri matū non auferant. ~~at~~  
rectū posteriorū inductū crevit reverendus pater facere pro se. q: Christi apō  
stolos vocauerunt fratres et ita eū nō fecerit maior. At si verba rectus ponderas  
ret. vt alias facere solet tam videret Petrum alijs apostolis superiorē. cum  
maior sit affirmans cōfirmato hoc de solutionib: dicti. vento g: ad principale  
qđ perit. probaturus pri matū ecclesie Romane esse de iure diuino et institutio  
Christi. ita qđ Petrus fuerit monarca ecclesie a Christo institutus cū suis  
successorib: p quo repeto rationē Bernhardi inducātā et nondū solutā. Repeto  
dictū Cypriani parvissimē. et tertio probō p illa verba Christi Math: 16.  
Tu es Petrus et sup hanc petrā edificā ecclē: mēa. Ubi glossa ordinaria. spectas  
liter illam potestate Petro concessit ut ad vnitatem nos inuitaret. Ideo enim  
principē Apostolorū cōstituit. ut ecclē: vnu principale Christi haberet vice  
rūm. ad quē diuersa membra recurreret. si forte inter se disscutiret. qđ si divers  
a capita essent vinculū vntitatis rumpetur. ita beatus Augu: in epistola 2ra  
dona: exposuit. Tu es Petr⁹. et sup hanc petrā id est. Petru: edificabo ecclesię  
mēa. Et quās idem Augu: alibi expouerit sup hanc petrā. l. Christum ad  
mentē apostoli. petra aut̄ erat Christus. tñ in libro retracta: expositionis sue  
prime eū nō penitus. ita et beatus Hiero: libro primo 3 Pelagia: misib: colūs.  
sit quid Platoni et Petro. vt ille em̄ p̄inceps philosophorū. Ita et hic Ap̄los  
stoloi: fuit. Sup quē ecclē: dñi stabili mole fundata est que nec Impetu his  
minū nec vila tempestate cōcūtitur. Ita beat⁹ Ambrosius sermo: 47. Petrus  
dicit fuisse petrā. hunc quoq: sentente Christostomus astipula: ab initio eius  
dem capitī. Quid igitur Petrus inquit omnīs apostoloi: os verter: totus  
consorti. et infra. Sublīmisora ipsum sage fecit et ecclē: future pastorem cōs  
tituit et post huc vauerso oīb: terrarū Christus sp̄solut. Fatur hoc sanct⁹  
martyr Cyprianus ad Cornelii papam dicens. Petr⁹ sup quē edificata fue  
rat ab eodem dño ecclē: Unus pro omib: loquens. et ecclē: voce respōdes  
at. Dñe ad quē ibimus rē. propterea sanctus Leo: z4. q.1. cum batissimis.  
Ingenne fatetur Petru: apostolū accepisse pumatū ecclē: a dño. Ita omnes  
consentunt sancti Petru: a Christo pumatū totus ecclē: obtinuisse. Junios  
conservato. Beda Bernhardū et similes. loquat. S. papa et martyr Anacleto  
qui nō a quadrigētis annis frigida: decretā cōspūit. sed a mille et quadrigētis  
annis ita intonat. sacro sancta Romana et apostolica ecclē: sedē ab apostolū  
sed ab ipso dño et salvatore nō pumatū obtinuit. Hic ut beato Petru: apō  
stolo dixit. Tu es Petrus et sup hanc petrā. et infra. hec aut̄ ap̄lica sedes ras  
put et cardorū p̄statū est. a dño et non ab alijs constituta est. Transferitur  
hec verba can. sacrolancta. z2. dist: ita sanctus Marcellus. 4. q.1. Sylvestru  
can. Rogamus. z4. q.1. scribit Episcopus Antiochenis licet prima sedē fues  
rit apud Antiochū. posterius dño subente Romā translatā est. Sic beatus  
Julius. 3. q.6. can: beatus Petrus a Christo testatur ecclē: Bozib: pas  
matū et esse caput altarū ecclē:iarum. Sic Pelagius papa non a quadrigētis  
lis annis. sed nongentis et. z8. sanctorū patrū sequentis sententiam. verba

**26.**  
Chresti et super hanc petram et, eodem modo accepit. hic inter damnatos  
et pestiferos errores Johannis wycliffus damnatus est et ille. Non est de necesa-  
ritate salutis credere Bo: ecclesiam esse supremam inter alias. Sic inter pestilens  
etes Johannis Hus errores ille quoque cōnumeratur Petrus non est nec fuit casus  
put Bo: ecclesie sancte cartholice. Et alius huius est scinella apparetur quod oportet  
esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam quod semper in militante ecclesia  
conueretur. Et ista papalis dignitas a Cesare inolevit. Et Pape prefectio ex  
instituto a Cesare emanauit. Ita Bonifacius. 8. heresem cōdemnans Zugdus  
nominatum pro errore eorum decernit esse de necessitate salutis omnem humanam  
creaturam subesse Bo: pon: Ut sup hoc habet decretalis unam sanctam. Johann:  
quoque. zz. heresim Darisili paduanus condemnans hunc quoque reprobavit. b.  
Petru: apostolum non plus fuisse caput eccliesie quam alios apostolos. Ita longe  
ter incipiendo a primitiva ecclia semper in secessu fuit apud bonos christianos  
eccliesia Romana primatum obtinuisse a Christo non sive humano et populi  
edens. Fatoz quod Bohemi in suorum errorum primati defensione illa cōmemorat  
et his armis virulentis se defendunt. ut est videre in eorum oblatio facta in consilium  
Hilario Basiliensi. et in alta disputatio facta coram rege et optimatibus regni inter  
Bagus et illi Inquisitio ministeru: Johanne Rockenzena. unde venia pectoris  
a venerando patre si Bohemia (non loquo: de Christians sed schismatis) sum  
sum infestus tandem eccliesie iniustis et quod eorum pectoris memor sum disputatio  
qm: et conclusio ipsa et ea que heretici sunt primatum eccliesie sive humano  
constitutum meo parvo et exili iudicio plurimum faucent errorib: eorum. et vt fama est  
de hoc plurimum gratulantur. hec mo: in presentia asserre libet audisturus reue-  
ci patris et sententiam et allegato: u solutionem.

Iam z allegatorū solutionem.  
**D** Martinus Lutherus.

**H**artinus Lutherus. **D**icitur dolum et cetera. Quod me egredior. d. insimulat Bohemice factis  
studiofum. et plane patronum. parcat et dñs. pserit in tanta corona tantorum  
virorum. nūc mihi placuit nec in eternū placebit quodcumq; schismatis inq; faciat Bos-  
bem qd se auctoritate propria segregat a rīa unitate. etia si ius diuinum per eis staret.  
eū supradictus diuinus sit charitas et unitas sp̄is. hoc ego quesui solū et rogo  
quilibet boni Christiani dignetur christiana charitate preendere. an non sit  
longe impudentiss: iniquitatis tot milia martyrum et sanctorum. per annos mille et  
quadraginta in greca ecclesia habitos extra ecclesiam ejicere. et nūc demū etiā  
regnantes in celo velle de turbare. **N**ā si etiam instant omnes adulatores  
Roma: ponit officia negare nō possunt ecclesiam Christi fuisse. zo annos fuisse  
data coronata per multam orbis terrarū ptem. atq; Roma: ecclesia fieret ex  
Petro. vt clarissime patet ex epistola ad Galatas: ubi scribit Paulus se post tres  
annos venisse ad Petrum. deinde post quatuordecim annos iterum ascendisse  
ad Petrum. qui si cōferantur. inuenientur ferme decē et octo anni post ascensio  
ne Christi. vt non possit dici: Bo: ecclesiam esse primam et caput luce diuino  
Antiblochle. vt non possit dici: Bo: ecclesiam esse vscq; ad nostra tempa nūc accepit  
Iam illud magis vrgit qd greca ecclesia vscq; ad nostra tempa nūc accepit  
episcopos suos cōfirmatos ex Roma: Ideo si fuisse ius diuinum per tantum  
iustus officia episcopi ALEXANDRIE CONSTANTINOPOLIS aliquot sancissimi. vt Grez  
pazari et ceteri qd plurimi essent damnati. heretici. et Bohemici. Quia blasphemia  
nisi potest derestabilis dici.

### **Ald argumenta solutionū**

**Ad argumenta solutionū.**

**A**ld Secundum.

**Ad Secundum.**  
¶ posui vim in ordinatioe ap' op'e quo in opponendo videbimus.

**T**ertio q̄ Cyprianū induxit equis parante apostolos tam in honore q̄ in po-  
testate. cum ego dixissem beatū Petru honorē fuisse priorem. libentissime ad-  
mitto et si opus est libenter errare volo. modo. d. d. obtineat hoc pro veritate.  
et dicat postea. vbi postea maneat principia?

**P**atio tamen q̄ equalis est honor apostolorū ad altos. verum inter se merito  
quisq; episcopus in sua diocesi equaliter habet honorem.

**N**ō exprobrat me nihil respondisse ad Cyprianū. quiescumq; epistola et non m̄  
tribuit suū caput p̄ multas epistolās. Nū qui fuerunt ex Numidia nō p̄bant  
Ius dominū esse sed factum ostendūt. sicut in simili Achacius de facto cōtrivit  
foelicem Romam: p̄t qd dictum est heri. Immo Epiphanius ep̄s Lypa des-  
posuit maioriē epūm Constantiopolitanū sc̄z Iohān: Chrysostomus est in trīs  
parib;: Non tamen ex facto isto factum est ius et multa alia exempla.

Satis miror. d. egre. d. instituisse p̄bare ius dominū et vñsc̄z hodiene enām quis-  
dem syllabā scripture inducit. sed tñi dicta et facta patrū. eademq; libūp̄s re-

**N**ō grecos olim fatec̄t Christianissimos fuisse postea recedentes (pugnāta  
ab obedientia Roma: ecclie fidem cum impio p̄didisse. idem est qd heri dicit  
eadem auctoritate Eccliana. p̄evaluisse aduersus eos portas inferi. sic tractas  
scripturas. vt intelligat p̄ prevalentia inferorū terrene vite et rerum amissionē.  
bellissima glossa cerre. quas in non poterit fides manere amissio impio. et ita lis-  
ceat diuinare q̄ nulli sint Christiani in grecia: q̄ nullū impium. Eadem ratio  
dicet et martyres ab inferis esse superatos.

**E**xprobat etiam dicens q̄ ex residente factus sum opponens. gratius accipio  
monitionē. At hoc ideo fecerim ut tuus habere deliberandi. Non sunt tantā  
Eccliana fuiūta (vt et ego quid gloriar). vt necessaria sit mihi deliberatio.  
Illud etiam q̄ Richardus amar: non sua sed Leonis auctoritate verbū Chri-  
sticrāuerit. parum mouet. Ostendat ipse ex ipso textu. hoc est ure dūlino  
propositū et ero contentus.

**A**d ultimū vbi sic rōcinatur confirmans est maior cōfirmato. ergo Petrus  
maior apostolus. forte q̄ ex Aristotele putet agens suo passo esse prestans.  
Sed argutabor et ego plane Aristotelice. Confirmationē est bene maior p̄ se. sed  
cōfirmationis. qd non credo. Alioquin non rarum est singularem p̄ inferiorē em  
abhortari consolari. cōfirmari. hoc ad confutationes eius. Ad principale.

**A**d principale accedens p̄bauit Petru esse monarchā ure dūlino. et hoc est.  
auctoritate Bernharz lugens inducta. Cypriani Hiero: Ambio: Chrysostomus  
Augustini. Deinde om̄i sanctorū consensu. Item multis decretis et decretaib;  
diuersorum pontificū. Videō d. d. Ecclesiū voluit ure dūlino probare. et mox fil-  
oblitus incidit in auctoritate patrū. quas p̄ maiore parte iam tractauim⁹.  
et vidimus eos in diuersis locis diuersa aliquā sensisse. et multo plures et septuaginta  
me q̄ pro d. d. Ecclesio.

**S**ecundo videamus tamen per ordinem.  
**P**rima Bernhardi lugens satis est dissoluta. q̄ videlicet non p̄bat. sed sua  
det tantūmodo. eo q̄ n̄tatur in alieno sensu scripture. vt sp̄semet. d. concessit  
doct. Similiter et Cypriani auctoritas de principalitate et de oru sacerdotalis  
unitatis satis visa est.

**T**ertio p̄bauit p̄ illa verba. Tu es petrus et sup̄ hanc petrā tē. Quae Aug-  
usti expouserit. Sup̄ hanc petrā. i. Petru. et hanc non retrahauerit. Videō qd  
ad me? Si vult pugnare contra me. conciliet ipse primū dicta cōtraria. Ceterū  
est em̄ Augustinū sepius expoussisse petrā Chrustū et fortassis vix semel Petru.  
ideo plus p̄ me q̄ contra me facit.

Sepe n. miles  
coſtimat et  
coſtobat regi  
maximu. Sed  
neq; qm̄ p̄ hōs  
efficiſt ſuū  
ſuperior.

**¶** Quid si etia August: et offices patres Petru melle exerent per petrā, resistam eis  
ego unus auctoritate apostoli. I. dñino irre, qui scribit. L. Colmz. fundamen.  
aliquid nemo ponere potest ppter qd positiū est qd est Ihesus Christus. Et  
auctor: rite Petri. I. z. vbi Lb: istu lapidem vniū et angularē appellat, docēs  
vbi pedisice mur in domū spualem. Altoquin si Petrus esset fundamenū ees  
telle, lapa fuisse ecclesia ad vniū ancille ostiarie vocem, quā tamen nec poite  
inferior expugnare poterūt. Sequit̄ ergo qd sancti patres qd Petru appellant  
petrā, hoc loco, vel brimana patiunt, vel aliquē alium sensum habent de quo  
non pnuictio. Ideo illud Ambrosi dicens Petru esse petrā facile admitto,  
eam t̄ quilibet Christianus sit petra ppter Christū, in cuius soliditate firmatur  
et unum cum eo efficitur. Qsi aut̄ Chrysostomus Petru appellat pastore suū  
ture ecclesie, et constitutū prepositū uniuerso obi. sum cōtemnē, modo intelligit  
gatur ista pastura non totura ecclesie, ne Paulū apostoli excommunicem⁹ qui  
multo plures ecclesias pauli qd Petrus, et Petru esse p̄lmū in honore in toto  
orbē confitetur, et hoc etiam Chrysostomus tangit, qd dicit eum esse verticem  
totius consoritū apostolici. Utter nō est caput veritatis, sed pars capitū. Ims  
mo aptius appellat eum apostolop̄ os, qd et Hieronym⁹ et Cyprianus asseverat ille pastore  
tūt, qd nō insua persona solum, sed omniū apostolop̄ et totius ecclesie audilus, p̄ncip̄us res.  
